

Johann Sibrand

**Joannes Sibrand/ U.I.D. & Decret: Profess. Publ. Amplissimae Facultatis Iuridicae
Senior Ac In Patria Universitate Decanus ... Ad Inauguralem Dissertationem ...
Candidati Augustini Hinrici von Essen ... Ad D. XXII. Februarii Magnificum Dn.
Rectorem Uriusq[ue] Reipubl. Nobiliss. Ampliss. Senatum, ... Observantia
officiosissime invitat : [Publicatum Rostochii Sub Sigillo Facultatis Iuridicae. 12.
Febr. 1678. [i.e. 1687]]**

Rostochii: Wepplingius, [1687]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053833>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 22. Feb. 1678

Sibrand, Johannes

87



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740053833/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053833/phys_0001)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740053833/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053833/phys_0002)



2. F. F. I. N. 7.

JOANNES

SEBASTIANUS

U. J. D. & Decret: Profess. Publ.

AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ SENIOR

AC

In Patria Universitate DECANUS

*Sup atq; Totius COLLEGII JURIDICI NOMINE

AD

INAUGURALEM DISSERTATIONEM

PRÆNOMINIS CLARISSIMI^q JURIS CANDIDATI

AUGUSTINI HINRICI

von SESSLER

Qvam pro conseqvendis in Utroque Jure summis
Honoribus atque privilegiis

IN XYSTO MAXIMO

ADD. XXII. Februarij

Magnificum DN. RECTO-
REM Utriusq; Reipubl. Nobiliss. Ampliss.
Senatum, reliquos omnes Omnia Or-
dinum suis Titulis fulgidissimos Cives Academicos, Lite-
ratos, eorumque fautores, ea qvà par est Obser-
vantia officiosissimè invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPINGII, Univers. Typogr.

1696
[1687]



S. F. **P**aginæ pabulum. Qvam hōc ex tripode dictum
suo quondam exemplo testatus est Philippus Rex Ma-
cedonum : qui historia teste , affirmare solitus fuit, se suis
obtrectatoribus plurimam habere gratiam, quod suis con-
viciis efficerent, ut moribus melior evaderet dum vita factis-
que conaretur illos mendacij convincere. Et Plutarchi
non minus notus Libellus de utilitate ex inimicis capienda.
Non minus prudenter Sophocles ab inimicis multa sapien-
tes discere, cecinit. Negari interim nequit, obtrectatio-
nem malevolorum, magnam haberi vim , bonosque gra-
viter lauciare. Quod vel suo exemplo Thiaridas testatum
dedit, qvi cum gladium acueret, rogatus à quopiam num
acutus esset, responsū illi dedit, acutus est, longe autem
acutior calumnia. Hanc obtrectationem & calumni-
am propriam esse Causidicorum constat, qūi tela ejusmo-
di acutissima emittere in adversarios svevēre ; Inde pro
Symbolo quasi utuntur, trito illo, calumniare audacter, sem-
per aliquid hæret. Qvam quidem calumniandi artem di-
didicisse à Patre calumniarum Diabolo, quis dubitet? Qvō
sapius vel longo existunt deteriores; quid sacra Scriptu-
ra hāc de re statuat, parum vel nihil pensi habentes. Qvam-
qve graphicè delineentur satis constat ex loco *Syracidis cap.*
28. v. 15. seqq. Et *Psal. 101.* Ubi regulæ regiminis præcri-
bun-

buntur & pessimum hoc genus exesse jubetur. Uti & Iohannem Albertum Seniorem, Ducem Megapoleos, in ultimo suo elogio ad Serenissimos Successores, fidelissimè monuisse ne admitterentur, scriptum reliquit Theodorus Reincking in Politia Biblica lib. 2. ax. 70. Ubi plura ad hanc rem facientia videri poterunt. Quidque negari haud potest, qdrectationem malevorum magnam habere vim, bonosque graviter sauciare. Testatur id vel Exemplum in Sacris Simæ in Regem suum hæc tela acutissima vibrantis, qui meritissimam luisset poenam, nō clementia Regis id à manu DEI profectum existimantis, eundē liberasset. Quamvis quod dilatum non sublatum fuerit. Sunt scilicet hi Sycophantæ teste Dn. D. Mullero in horis Refocillatoriis Part. 1. Medit. 4. Fures insuspenſi, Imò furibus longè detersiores, uti ex comparatione inter calumniatorem & furem instituta demonstrat Zigler. Dicast. Concluſ. 9. §. 2. Adstipulante vel ipso Regum sapientissimo Proverb. 5. v. 17 Imò triplicis homicidii reos postulat ante laudatus Mullerus ex Basilio. Sunt Diaboli Instrumentum, qvid dico Instrumentum? Diaboli incarnati, patre suo Diabolo pejores. Ex utinam maiores saltēm inhabitarent urbes, pagos quoque occupavit hoc vitium, nam & Rustici Conautur unī egregio specimine id demonstratum ivit Clariss. Weissius. Idque eo magis, quod infinitis penè perpetretur modis. Vident scilicet Calumniatores, qvod s̄apieſ reperiāt fidem mendacium præ ipsa veritate, qvodque improbis ejusmodi mendaciis efficiant, ut quandoqve & apud bonos suggeretur nomen & fama amici calumpnia pressi: Uti probat ex dicto Proverb. 25. v. 23. Ziegler d. Concl. 9. §. 5. seqq. Cum autem sit cernere, qvod progressu temporis ipsa calumpnia nil sit imbecillus, qvod viperæ instar, ipsi parenti tandem

perniciem adferat; Optandum quidem esset legem Rhem-
miam non incubuisse in spongiam, sed vires suas rursus
exserere. Optandum esset bonas leges ferri in pernicio-
sissima generis humani ista propudia. Cum autem hæ-
talia cesserent, aliunde quærenda remedia veniunt. Ubi qui-
dem quis adversus hasce obtestationes quam validissime
præparare & mentem confirmare poterit? Si pensaret, o-
mnia à manu Dei provenire, sine cuius permissione ne ca-
pillus quidem capitis in terram cadere possit. Dicat cum
Davide, Dominus jussit, is maledicta in benedictionem ver-
tet. Porro præsentissimum erit remedium, criminatio-
num neglectus. Quæ de re passim Seneca, Epictetus, Boë-
tius aliique in aureis suis Scriptis. Cogitetur aliquando ratio-
nem esse reddituros de falsis ejusmodi Criminationibus
Pensaret honorem Viri probi non in eo consistere, quid de
illo unus alterve sentiat, sed in cuiusq; conscientia: quod
nec malam teste Augustino conscientiam juvet, præconium
laudantis, nec bonam vulnereret, convitantis opprobrium.
Opera contrarium testantia sufficere, calumniatoris con-
vincere maledicta. Cum animo suo voluet illud Nazio-
neni qui, multas, inquit, pecunias laudatoribus meis nu-
merarem, si me laudando meliorem efficerent: Verum
aliter se res habet, quod enim sum hoc maneo, sive ma-
ledictis afficiar sive laudibus in Cœlum ferar. Toleran-
das detestationes æquanimiter, persolvissimum sibi habe-
at, pensaret secum Cardinalis Bonæ pharmacum. Con-
siderandum, inquit, est quod quælibet ab aliis illata ma-
la non ab inferentis sed à patientis affectu gravia vel levia
constituantur. Nam qui hæc spernit, qui non accipit,
qui vulnera superior est nihil patitur. Non manus quæ
tela vibrat vulnus facit sed corpus quod patitur. Nam
si quis

Si quis Corpus adamantinum haberet, licet innuméris
undiqve telis percuteretur, nullo vulnere affici pos-
set, ita injuriæ, oblocutiones, & alia mala non à pe-
tulantium & improborum insania, lædendi vim habent,
sed à patientis imbecillitate. Beatus est qui vitam suam
ita disposuit, ut de illo quidpiā sinistri ne fingi quidem possit,
pugnante meriti magnitudine adversus malignantium ob-
trectationes. Qvod si hoc adsequi non valemus, hanc sal-
tem diligentiam adhibere vitæ nostræ par est, ut nemo in
Nobis detrahendi occasionem inveniat, alioquin frustra
derractatoribus iraleimur, si nos illis detrahendi materiam
suppeditamus. Si vero Nobis cuncta sollicitè ad honesta-
tem providentibus illi nihilominus insaniunt, consolari nos
debet redemptoris nostri semper memoranda sententia,
Beati estis, cum dixerint omne malum aduersus Vos, menti-
entes. Sentiant de Nobis obtrectatores, & dicant quic-
quid liber, beatj erimus si nostra Nos conscientia agud Deum
non accuset. Fallaces & mutabiles sunt hominum opini-
ones, varia Judicia quæ nec prosunt Nobis nec obsunt. Sic
merito calumniantium morsibus impetiti, linguam conti-
nuemus ne in verba erumpat animi commotionem indi-
cantia, sicut enim Languentis stomachi est, non posse cibum
duriorem concoquere, ita animi pusilli est, aspera calumni-
antium verba non posse ferre. Qvicquid enim fuerit
qvod crueiat, spretum exsoleverit. Si irascamur ea nos
dignos fuisse testamur. Dignus contemni, qvi de con-
temtu dolet. Revocet demum in mentem dictum Dœ-
modis, Calumniatores aliis esse serpentes, sibi ipsis vero
viperas, contra quorum aculeos temnenti vere plumbeos,
ita qvondam Iusisse lego Camerarium.

Saucior invidia morsu; querenda medela est.

Dic quibus in Terris sentiet ager opem?

Invideas quo^so, invideas tua livida tela.

Confident animum, quod patet ipsa tuum.

Invidia proprium est, proprios lacerare Clientes.

Prodit enim cordis, viper a sava finus.

Vellicit infaustos falsaque cupidine pectus.

Implet, & exsecat, nec sua damna rident,
Livide cur frendes; pectus cur astut intus?

Ante diem proprium, num cupis excitium?

Olevas hominum mentes, quas livor adedit.

Ut noceant alies sed mage se erucient.

Hisce aliisque præmunitum pectus, morsus istiusmodi facile
eludet, quamvis & aliud adhuc super sit remedium, os ob-
struendi impurorum, nempe saluberrimum hocce Phar-
macum L. Diffamari Cujus quidem usus in quantum extol-
lendus, in quantum abusus & dolandi & removendi. Af-
dem hac de materia Præclare Doctus Dn. ALIGST: HIN-
RICH ab ESSEN, Pluribus egerit in præsenti sua Dissertati-
one de abusu hujus remedii, ad hanc jure meritò provo-
co. Natus autem, ut & de his pauca pro more hactenus
laudabiliter in Alma Nostra introducto, in medium pro-
feram, Hamburgi Emporio Germaniae Nostræ totiusque
Europæ decantatissimo, honestis parentibus, quiqve per
gratiam DEI, adhuc & faxit Deus T. O. M. qvam longissi-
mè in vivis JACBOO scil. von Essen, & Anna Lüdemans/
Anno 1660. Ab his etiam omni cura & solicitudine pro-
be educatus, ac informationi fidelissimorum Præceptorum
à prima ineunte ætate commissus. Dum duodecennis
An-

Anno nempe 1672. Stadam mitteretur, ibique per biennium fideli Informationi Viri Plurimum Reverendi Langerhansii, tum temporis Rectoris Scholæ & ibidem ad Divam Wilhardi, Demum ad Divam Nicolai Hamburgi quod est, Pastoris, pie functo, traderetur. Cum hospitio uteretur B. M. Russii Con-Rectoris. Domum revocatus postquam ex ephebis excessisset, portio haud temnenda florentissimæ Hamburgensis Scholæ factus, publicè & privatim sedulo interfuit prælectionibus inibi habitis. Usus Præceptoribus Dn. M. Daslovio & Dn. M. Meusero, ut & Hennigio & laudati Gymnaſii Professoribus. Dn. Placcio, J. U. L. in Moralibus Dn. Butnero itidem J. U. Lto, in probe jaciendis principiis Juris, Disputandoq; sese exercendo; ubi in Mathematicis sectatus Dnum. Siverum. Idque ad annum usq;ve 1679. ubi primūm Bataviam peragravit ibique tam Academias tam alia obſervatu digna non sine fructu perlustravit, dum seqventi Anno 1680. nostrum peteret Roſetum; ſecutus caſtra in Philosophicis qvidem Viri maxime Reverendi atque Excellentiss. Dn. D. Francisci Wolfii. SSæ Theol; Professoris, & ad Divam Mariæ Pastoris vigilantissimi, Fautoris, Amici, atque Collegæ aſtumatissimi, cujus & per biennium libraliter uſus hospitio; In Jure autem adsidua & diligentissima Informatione Viri Nobilissimi Ampliſſimi atque Consultiss. Dn. D. Jacobi Lembkenii, Fautoris itidem Amici atque Collegæ honoratissimi, egregios ut ipse facetur fecit progressus. Ita tamen ut & aliorum Dominorum Collegarum privatas non negligeret lectiones. Postmodum Lipsiam, ut adaugeret quam ſibi compararat Juris ſcientiam ſe conculit, hospitemque & Præceptorem ſalutavit Virum Maximè Reverendum atq; Excellentissimum Valentiniu

Alber.

Alberti; privatissimè autem auscultavit Exc. Milio Profess.
Public. itidem famigeratissimo & DN. Excell. Nicolao Itti-
chio. J. ibidem U. Doct. & Profess. famigeratissimo. In-
de Anno. 1684. Heidelbergam adiit, quamvis serius ob
morbum gravissimum ex itinere Jenæ contractum, ubi tan-
dem post octimestre spacium ægrotus, & imbecillitate
adhus dum laborans, valetudinem ut curaret domum repe-
tere fuit coactus. Pristinæ autem valetudini, ex animi sen-
tentia restitutus, Septentrionalia invisere loca cum animo
constituit suo Sicque permissu Honoratiss. Parentum Re-
gna Duniæ & Sueciæ non peragravit duntaxat, sed & pertem-
pus inibi substitit. Cum ante pauculas septimanas hanc
Nostram repeteret Almam, tanquam primam nutricem
Me interprete ab Ampliss. Nostra Facultate, qua par erat
observantia petiit, ut ad examen admittererur rigorosum.
Quoquidem peranthlato, ulterius ut ad publicum
quoque itidem admitteretur omnium calculo impetravit,
ut ita diligentiaz sue Prœmium demum apisci siceret, &
qvidem ad diem 22. hujus mensis. Proin Meo & totius Am-
pliss. Facultatis nomine Magnificum Rectorem, Utriusque
Reipubl. Ampliss. Senatum; Cives omnes & singulos suis
nominibus fulgidissimos, ut & splendidissimam studioso-
rum Coronam, fautores demum studiorum, eā, qua par est
observantia, submisse atq; amice, ut celebriorem hunc actum
reddere velint, invito. Officia nostra, & quicquid à Nobis
proficiisci poterit, rursus repromittimus, Debito-
res ve nunquam non pro hoc officiorum
genere nos profitebimur.

Publicatum Rostochii Sub Sigillo Facultatis
Juridicae. 12. Febr. 1678.

(O)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740053833/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053833/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740053833/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740053833/phys_0012)



Anno nempe 1672. Stadam mitteretur, ibique
um fideli Informationi Viri Plurimum Revere
hansii, tum temporis Rectoris Scholæ & ibidei
Wilhardi, Demum ad Divam Nicolai Hambur
Pastoris, pie functo, traderetur. Cum hospi
B. M. Russii Con-Rectoris Domum revocatu
ex ephebis excessisset, portio haud temnenda fl
Hamburgensis Scholæ factus, publicè & priv
interfuit prælectionibus inibi habitis.
ptoribus Dn. M. Dassovio & Dn. M. Meusero,
ningio & laudati Gymnasi Professoribus. I
J. u. L. in Moralibus Dn. Butniero itidem
in probe jaciendis principiis Juris, Disputand
cercendo; ubi in Mathematicis sectatus Dnum
Idque ad annum usqve 1679. ubi primùm Bat
agratibique tam Academias tum alia obser
non sine fructu perlustravit, dum seqventi A
nostrum peteret Roletum; secutus castra in
cis qvidem Viri maxime Reverendi atque F
Dn. D. Francisci Wolfii. SStæ Theol; Profess
Divam Mariæ Pastoris vigilantissimi, Fautoris,
que Collegæ æstumatissimi, cūjus & per bienni
liter usus hospitio: In Jure autem adsidua &
ma Informatione Viri Nobilissimi Amplissimi
sultiss. Dn. D. Jacobi Lembkenii, Fautoris itidem
atqve Collegæ honoratissimi, egregios ut
fecit progressus. Ita tamen ut & aliorum De
Collegarum privatas non negligeret lectiones. P
Lipsiam, ut adaugeret qvam sibi compararat Juri
sese contulit, hospitemqve & Præceptorem salut
Maxime Reverendum atq; Excellentissimum V

